



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

10. De iudicio fidei Christianæ, à Catholicis simul & hæreticis ad arbitri[um] martyris Euphemiæ defunctæ relato, quæ per illustre miraculum hæretica prauitate reiecta, orthodoxorum sententi[am] ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

Ecclesiam clausit, seris muniuit. Facto autem vespere, lampades omnes exstinxit, sequē in interioribus abscondit. In ipso autem subsequētis lucis crepusculo Arianus Episcopus collecta multitudine aduenit, clausas Ecclesie ianuas effringere paratus. Sed repente cunctae simul portae diuinitus concussae abiectis longius seris apertae sunt, atque cum magno sonitu omnia Ecclesiae claustra patuerunt. Effuso de super lumine omnes, quae exstinctae fuerant lampades accensae sunt. Arianus vero Episcopus, qui vim facturus aduenerat, subita cecitate percussus est atque alienis iam manibus ad suum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent, nequaquam ulterius praesumpserunt Catholica loca temerare. Mirum enim modo res gesta est, ut quia eiusdem Arianus causa lampades in Ecclesia B. Pauli fuerant exstinctae, vno eodemque tempore & ipse lumen perderet, & in Ecclesiam lumen rediret.

Nicephorus Callistus lib. 15. cap. 4. & 5. Eccles. historis. De iudicio fidei Christianae à Catholicis simul & hereticis, ad arbitrium martyris Esphemiae defunctae relato, quae per illustre miraculum heretica prauitate reiecta, orthodoxorum sententiam approbat.

IN sacro S. martyris Euphemie delubro,
 cum Synodus apud Chalcedonem contra
 Dioscorum & Eutycheten congregata esset,
 magnaq; de duabus in Christo naturis dispu-
 tatio excitata esset, (inexpugnabilis namq; &
 contentiois maxime studiosa improbitas est)
 spiritui sancto, & egregijs illis, qui conven-
 erant viris placuit, vt decretum fidei in libello
 describeretur, & controuersie iudicium atq;
 decisio laudatissimæ martyri & virgini Eu-
 phemie committeretur. A maioribus illa fu-
 it, cuius & alumna urbis Chalcedonensis fuit:
 Sub impio autem Diocletiano, pro detestata
 di cuiusdā præsidis tribunali consistens, Chri-
 stum Deum esse, & Dei filium clara voce de-
 precavit. Quapropter plurimis primum cru-
 ciatibus excarnificata, & bestijs tandem obie-
 ta, certamine pro Christo peracto, coronam
 recepit, & diuinum corpus eius integrum &
 incorruptum asseruatū apud Ecclesiam Chal-
 cedonensem marmoreo tumulo repositum
 est, talia edens prodigia, qualia paulò ante cō-
 memorauimus. Itaque immaculato, & sacro
 corpori eius veluti sincero iudici, orthodoxi
 & rectam sententiam obtinentes, simul & qui
 aliter opinarentur, fidei suæ arbitrium com-
 mittentes, vtrique seorsum fidei formulam
 in libellum suum relatum, & chartam vtram-
 que clausulis ac sigillis obfirmatam, ad mar-

tyris pedes deposuere. Et nocte proxima pro-
 cationibus consumpta, postridie venerunt, &
 monumenti operculo remoto spectaculi no-
 uum rectoque iudicio dignum conspexerunt.
 Nam orthodoxorum recteque sententiam il-
 bellus perquam tenaciter victricis illius mar-
 tyris manibus continebatur: alter autem tan-
 quam res vana & nullius precij, temere ad pe-
 des illius proiectus iacebat. Postquam vero
 post caelestem hunc calculum adhuc impu-
 dentia contra veriore fidem pugnavit, con-
 demnatio amplius etiam ut valde legitima con-
 firmata est: & qui decretis Synodi consecrate
 noluerunt, in ignominiam & probrum a Deo
 & hominibus sunt consecuti. Harethius ipse
 dux Gangram exsul abductus est. Qui auctorem
 Dioscoro condemnati, proscriptique fuerant
 de Synodi sententia, & Imperatoris conlata
 reuocati sunt.

*Christianus Massam lib. 20. Chronicorum. De qua-
 dam Henrico Lutherano Tornaci combusto, qui
 sequenti nocte sociis in carcere totus ardens ap-
 paruit.*

CAP. XI.

ANno Domini 1528. 20 Iulij, Henricus qui-
 dam Lutheranus Tornaci combustus est.
 Sequenti nocte sociis in carcere totus ardens
 apparuit. Illis præ timore clamantibus, ait: nihil
 ab errore cessetis, mecum peribitis in æternum.
 Excitatus clamore carcerarius, consulens verbis
 aduo-